



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio II. De ingressu religionis & novitiatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

§. III.

Virum status religiosus fuerit iniunctus iure divino, non vero solum iure positivo & Ecclesiastico, & de diversitate ordinum religiosorum.

Spectetur status religiosus secundum le, & quoad substantiam suam, ab ipso Christo in nova lege institutus fuit, ad consilia Evangelica excitante, ut adeo recte dicatur juris positivi divini consilientis, non autem praeipientis: si vero consideretur, quoad peculiarem & determinatum modum vivendi, sive regulam, ex institutione Ecclesiae varias religiones approbantur habetur: & hinc, quamvis in illis, quae ad essentiam statutus religiosi spectant, omnes conveniant, quoad vota scilicet secundum consilia Evangelica emissa, differunt tamen inter se quoad fines peculiares, juxta cuiusvis religiosi instituti formam, & quoad media, qua qualibet religio peculiaria sepe habet, ad perfectionem deducendi; ita ut aliae sint contemplativae, quarum principialis finis est contemplatio; aliae activae, quae attendunt ad vitam activam principaliter, sive ad opera misericordiae, tam spiritualia, quam corporalia exercenda; aliae sint mixte, quae principaliter tam ad contemplationem, quam ad actionem ordinantur; aliae sint Clericales, quae ex instituto suo ad ministeria Clericis propria ordinantur; aliae sunt Monachales, quae magis ex instituto suo ad vitam solitariam, aut ministeria alia, quae Clericis propria non sunt, ordinantur; aliae sint mendicantes, quae ex instituto suo, & juxta paupertatem sua regale, nulla possident bona im-

mobilia, quamvis hodie ex concessione Ecclesiae ea in communi possident; aliae non mendicantes, quarum paupertas bona immobilia ex instituto etiam suo in communi possidenda admittit; aliae denique sint militares, quae tribus votis substantialibus editis per se primò, & ex vi proprii instituti ordinantur ad militandum pro religionis Catholicæ defensione &c.

S E C T I O II.

De ingressu religionis & novitiatu.

§. I.

Quæ etas in ingrediente religionem, seu novitiatum requiratur, & in quo loco necessario debet novitiatus sive probatio fieri, & an etiam suscepto habitu regulari.

DE jure quidem antiquo ingredi potuit novitiatum masculus post exemplum decimum tertium ætatis annum, & foemella post undecimum annum ætatis; jure tamen noviore, & hodierno ad verum, & legitimum novitiatum inchoandum, requiritur pubertas completa, in masculo scilicet, ut compleverit annum decimum quartum, in foemella, ut impleverit annum duodecimum (quia in hac ætate sufficiens discretio, & vires adesse censentur ad ordinem probandum &c.) nisi ex peculiari etiam statuto ordinis major etas, ad inchoandum verum novitiatum requiratur, sicuti in Societate requiritur, ut impleverit ingrediens novitiatum annum decimum quin-

Cccc x tum

eum ætatis: & quamvis ob Tridentini constitutionem professio in nullo ordine fieri possit ante decimum sextum ætatis annum, quia tamen necesse non est, ut immediatè subsequatur professio novitiatum, poterit prius novitiatum tempore impleto, post aliquod tandem tempus, subjungi professio. Debet autem annus novitiatum seu probationis regulariter peragi in domicilio religionis, non extra, ut colligitur ex c. i. b. t. in 6. (quod melius possit novitius religionis asperitatem experiri, & vicissim mores, & naturam novitij melius experiri possit religio) nisi cum licentia sui superioris per majorem anni novitiatum partem extra monasterium versetur novitius, quia in tali casu, sed ipso quod sub obedientia sui prælati vivat, censetur in probatione sufficienter esse, paratus ire & redire, quandocumque prælatus vocaverit. Et quamvis multorum sententia ad valorem novitiatum requirat, ut annus probationis suscepito habitu regulari peragatur (quia etiam habitus gestatio suam habet ad experientiam requisitam austерitatem) probabilius tamen est, quod absolute ad valorem novitiatum non requiratur habitus regularis suscepio, aut gestatio, prout probari posse videtur ex can. multis; 23, distinct. 54. cum haec talia ex Prælatorum, aut statutorum peculiaribus ordinationibus dependant; servanda tamen est communissima consuetudo, quæ vult suscipi habitum, ad novitatum peragendum, nisi peculiares rationes peculiaria jubeant.

§. II.

Vtrum necessarium sit, ut professionem precedat annus probationis, siue integer, & quomodo computandus?

Varia circa tempus novitiatum sive runt antiqua iura, & quoniam ad Apostolicam 16. b. t. annus ordinariæ probationi impendens pro scriptus fuerit, patet tamen ex hoc c. quod ex utriusque partis confensione recipiendorum scilicet, quam responsum, potuerit tempus hoc aberrare & non tantum validè, sed etiam falsi causa justa subsistit, profluens ex ante finitum probationis annu, vt tamen, ut posterioribus temporibus prohibutum fuerit Prædicatorum, & Minoribus ad professionem aliquatenus admittere, nondum finito novitatu anno prout decernitur in c. Non solum a l. in 6. hodie tamen, his omnibus modis habitus, observari debet, quod dicit Trident. sess. 25. de regularibus universitate ubi universum decernitur, ut in alia ligione, sive virorum, sive feminina illa sit (exceptis ordinibus militaris ante exactum novitiatum annuali professionem ullus admittatur, in cuius solidam illicita, sed etiam invalida fuisse professio, ante exactum hunc annum facta; & nec una dies, aut horum integratatem, & anni complementum defuisse debeat; neque enim his casibus ubi stricta interpretatio facienda est, cavendum omne præjudicium, dictata habetur pro completa, & consequenti, qui à prandio v.g. novitatum ingressus est, non potest post annu-

mane illius diei professionem facere, sed expectare debet ad tempus pomeridianum, &c. prout ex verbis Tridentini loco citato, colligitur. Habent tamen Moniales S. Dominici a B. Pio V. concessam sibi gratiam, quod eorum novitiae post expletum decimum sexum etatis annum, si in mortis articulo constituta videantur, profiteri possint, etiam si annum novitiatum nondum absolverint, quo gratia ad omnes etiam religiosos ordines extendenda est, qui cum dictis Monialibus in privilegiis communicant.

§. III.

Vix annus probationis necessario debet esse continuus sine interrupione, & an si quis post finitum novitiatum religionem debeat, sed postea ad eam re-deat, iterum probari debeat?

A legittimum novitiatum, & validam subsequentem professionem, requiritur necessario annus probationis praevius continuus, ita ut nullam notabilis interrupcionem patiatur, si fiat animo deferendi religionem; quo in casu, si interrupcio longior fuerit, ex omnium sententia iterum inchoari debet annus probationis (cum per talem interrupcionem non tantum status mutatus videatur, sed aperitates ordinis, quas majores secum trahit continuatio, non satis expertus sit novitus, nec religio novitii talis perseverantiam satis probare possit) si vero modica tantum illa fuerit, ad paucos scilicet dies, & novitus mox redierit, quamvis etiam in hoc casu consilicium sit, ad Novitii constantiam explorandam, inchoare iterum novitiatum, potest tamen variis circumstantiis

perpensis, in tali casu, non censeri moraliter interruptus novitiatus, cum modica talis absentia, quasi nulla, computari debeat.

Quod si tamen post expletum annum probationis, ad seculum v.g. ante eam professionem redire novitius, & postmodum penitentiâ ductus adiret iterum ad eandem religionem, probabile est, quod sine nova probatione, & novitatu ad professionem admitti posset, nisi res notabiliter ex parte alterutra mutantur fuissent, *Gloss. in c. Eum qui g. V. certus. De regulis juris in 6. cum enim jura non requirant immediate subjungi professionem novitiatui, per continuum autem annum expertus hic novitus sit religionem, & religio etiam per annum illius notitiam habuerit, non videtur novus annus probationis requirendus, nisi ex parte alterutra religionis scilicet, vel talis redicuntis, notabilis mutatio facta fuisset: & propter hanc causam saepius consultum erit, ad probandam constantiam talis mutabilis Novitii, Novitiatum integrum de novo inchoare; quod semper necessarium erit, si ad aliam diversi ordinis regulam, aut religionem, sive strictior, sive laxior, haec habeatur, transiret religiosus, quo in casu semper ordinis illius per annum probatio praemitti debet, antequam fiat ordinis illius professio, cum probatus pro uno ordine, non eo ipso probatus habeatur pro alio ordine.*

Non requiritur tamen necessario praemittendus iterum novitiatus, si ex aliquo defectu etatis v.g. aut alterius inhabilitatis personae, irrita fuit professio, aut si

Cccc 3 *Injuste*

Injuste egestus per Superiorum, ad quem appellaverat, fuit restitutus; aut si lassitudinis ad probationem admissus, currente tamen postmodum anno novitatus, in furorem, vel amentiam incidit, ita ut, si haec ultra dies octo, vel decem non dureret, nihil interrumptus novitatus, neque tempus illud post exactum annum supplendum sit (cum modicum vale pro nihilo reputetur) supplerit tamen debeat tempus furoris, aut insaniae, si diutius per duos v.g. menses dureret, cum in tali casu non quidem omnino cesset novitatus, sicuti cessat mutatio voluntate, dormiat tamen quasi, & suspendatur, ita ut suppleri debeat.

§. IV.

An, & quam ratione impuberis ingredi possint religionem, & in illam recipi, vel a parentibus offerri?

Possunt tam pueri, quam puellæ religionem ingredi, & habitum regularem assumere, etiam ante annos pubertatis expletos; & infantes etiam, cum consensu tamen parentum (ut à mundi vanitate abstracti, regulari vita assuefiant) non tamen verè & propriè novitatum agere, aut in anno probationis censebuntur, ante annos pubertatis expletos, cum ante hos annos, discretionem sufficientem habere non censeantur ad religionis experientiam, ac austetitates, praeferimus circa votum castitatis.

Quia inīd parentes possunt liberos suos impuberis offerre religioni, non tantum, ut sub regulari disciplina vivant, ac educentur, sed ut suo tempore probationis annum inchoare, ac in religio-

ne tali proficeri, si placeat, possint. Etus autem hujus oblationis, antea impuberis est, quod parentes, licet mel in talem filii, aut filie impudentem gressum, expresse vel tacite, innumerum non revocando, conseruerunt, postea voluntatem suam non possint, & liberos taliter oblatis, ingressos revocare, sicuti revocare possunt eos, in quorum ingressum non consistunt e. Si quia 2. b. 1. neque possunt taliter oblati, aut ingressi, ante pubescens annos ad seculum redire: prout dictum in can. 2. caus. 20. q. 2. Vide p. 142. hac rati usus, materia apud aut. M. loco citato.

§. V.

De libertate ingrediendi religionem, & egrediendi, quamlibet novitatu.

Quod possint liberi, incondicibiliter. Quetiam, & invitis parentibus, religionem absolute ingredi, certissimum est e. Cum virum 12. b. 1. & ratio naturalis probat, quæ cuiilibet, sicuti matrimonium carnale liberum arbitrio relinquit, ita etiam ad matrimonium rituale religiosæ professionis; quæ haec ipsa ratio naturalis fatis quædeat, honestum, decens, & melius convenientis esse, ad hoc tam admodum mutandi statutum negotium, parentes enim de hoc edocuisse saltem, si condescerent haberi non possit.

Egredi autem intra annum probationis ex novitatu, & ad seculum redit, libere possunt novitiij, ita ut à modo egrediendi facultatem petere renens, nec ad ulla expensas solvendas obligetur.

ter, quas in illis alendis facit monasterium, prout etiam habetur in c. Statutus 23. h. t. & in c. 2. eodem in 6. nisi voti religione ad permanendum etiam, & profidum se obligavisset novitius, (quod illa fortassis iura antiqua volunt, quæ non concedunt liberam ad sacerdolum redeundi licentiam illis novitiis, qui omnino firmiter, & seriatim mutare vitam statuerunt, dum noviciatum ingressi sunt, sed volunt hos ad aliam religionem transire debere. Si in ea, quam modò probant, permanere nolint) vel per pactum se obligassent, in ipso ingressu, ad solvendas expensas religioni, in sui sustentationem, tempore probationis factas, quale pactum, non obstante Trident. hodie etiam fieri potest.

§. VI.

De obligationibus, iuribus, & privilegiis novitorum.

NOVIUS, quamvis deceat eos religione disciplina subesse, dum in religione permanent, absolue tamen per se, & directè sub culpa non obligantur ad regulatum, & preceptorum superiorum observationes, ut sic enim libertati eorum consultur, quæ per professionem primùm ad hanc regulam ligatur, & simul etiam confusioni, ac perturbationi regularis disciplinæ, & novitorum experientia: ob quam causam etiam Superiores regulares illis leges ferre possunt, statui ordinum convenientes, ad quas, saltem sub pena, obligantur, dum in religione permanent, ita ut, sicuti Clerici seculares suorum Episcoporum jurisdictioni in foro externo subsunt, subsunt etiam suorum Praetoriorum regularium

jurisdictioni spirituali in ordine ad puni-

tionem, & censuras novitii, non quidem

vi voti, quo nondum obligantur, sed vi

jurisdictionis Ecclesiastice.

Jus autem, quod habent novitii ad beneficia vel in beneficiis prius obtentis, non vacat per ingressum in noviciatum, ita ut alteri beneficia talia conferri possint, sed retineri possunt, usque ad professionem, quamvis noviciatus etiam ultra annum prolongaretur, ex justa causa, aut ordinis statuto, &c. prout statuit Bonifacius VIII. in c. *Beneficium 4.* h. t. in 6. ut ne scilicet libertas egrediendi ex noviciatu tali novitio admatur, si post egressum tales ad beneficium suum, alteri jam validè collatum, redire non posset; & sic vel in religione manere eogeretur, vel non haberet congruam suam sustentationem, amissio jam beneficio, si egredieretur; nisi intra tempus noviciatus renuntiatio talium beneficiorum, juxta formam à Trid. prescriptam, de qua paulò post, facta fuisset. Deberet tamen ex fructibus beneficij talis pro Vicario, qui beneficio infernit, congrua portio per Episcopum, seu ordinarium, assignari, aliis fructibus novitio reservatis, ut vel illi egresso iterum restituantur, vel monasterio successionis capaci cedant, si in eo profiteatur talis novitius.

Ad privilegia denique quoddam attinet, certum est, quoddam gaudeant novitii non tantum fori, & canonis privilegio, tanquam persona Ecclesiastica, sed quoddam ut etiam possint aliis ordinum illorum, quorum novitii sunt, privilegiis, nisi peculiares aliquas exceptiones habeant peculiaria ordinis statuta, aut consuetudo;

Quam-

quamvis enim propriè religiosi non sint, sunt tamen pars aliqua specialiter privilegiatae communitatis, & sicuti non potest sine justa causa novitium à se dismittere religio, ita nec potest sine justa causa eum privare favoribus; & privilegijs ordini tali communiter concessis.

§. VII.

De dispositionibus seu renuntiationibus bonorum, qua ante professionem à novitio fieri solent.

Quod possint, & debeant novitij, antequam professionem religiosim emittant, de rebus, & bonis suis temporalibus, quae in seculo habebant, disponere, ac illis renuntiare, & irrevocabiliter abdicare se, vel si non disposerint aliter, transirent eam monasterium, si tamen hoc successionis hereditariæ capax sit, aut ad heredes ab intestato, calu quo monasterium successoris capax non est, certum est, & natura professionis exigit, quando autem & quomodo haec renuntiatio facienda sit, non tam ex jure antiquo peti debet, quam ex decreto Tridentini Sess. 25. de regularibus cap. 16, ubi sic statuitur: nulla quoque renuntiatio, aut obligatio antea facta (id est ante complerum probationis annum) etiam cum juramento, vel in favorem cuiuscunque causa pia valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive eius vicarij fiat, intra duos menses proximos, ante professionem, ac non alias, intelligatur effectum suum sortiri, nisi secundum professionem; aliter vero facta, etiam si cum hujus favoris expressa renun-

tiatione, etiam jurata, stirrita, & sublius effectus. Ad cujus decretum melius intelligentiam

Notandum 1. nomine renuntiatio in hoc decreto prohibita, & interponere venire eas donationes, aut renunciones, quæ quidem facta sunt ante ingressum in religionem, non tamen hinc ingressus, sed factæ sunt ab eo, quod temporis nec animum habuit ingressus in religionem, nec presumi posset animo factas fuisse, qualis animo tamen presumeretur, si factæ donationes, fuissent in notabili quantitate, neque enim in illis casibus libertas taliter donantis ad egrediendum ex religione, & postmodum eam ingrediatur, impeditur.

Notandum 2. comprehensum probabilitate eos donationes, que sunt ab ingressuris religionem, ante ingressum quidem, & assumptum habitum regularem, dum adhuc in seculo existunt, propter ingressum tamen paulò ploratum, sive hic causa principals, & similis donandi fuerit, ita ut professione non secutâ haec donata repeti possint, ut ingressus hic causa impulsiva fuerit donationis, cum enim verba Conciliorum univeralia, irritantia donatione loca forma praescripta factas, si sunt in novitate, ut ne tollatur illi ad egrediendum facultas, consequenter etiam recte credi posse videntur, ad omnes donationes intuitu ingressus in religionem factas, & egressum impedientes: haec tamen intentione tam certa non est, ut non placet eam negent, qui sub rigida definitione Concilij, & juris antiqui correctissimales donationes non putant comprehendendas.

hendi, sed validas fore, prout pluribus etiam colligunt Authores ex contextu verborum Concilij Trident: de ingressis loquentis, non de ingressuris.

Notandum 3. nullas esse, & irritas eas renuntiationes, quæ fiunt à novitio, quamvis hic 16. annum jam egressus sit, si fiunt ante duos proximos menses professione præcedentes; vel si fiunt intra duos quidem hos menses, sine licentia tamen Episcopi, vel ejus Vicarij, etiam si fierent sub expressa conditione, quod professione non secundum valitatem non efficiuntur, tum quod verba Tridentini absolute loquuntur: tum quod tali egressuro ex novitatu saltet lis timenda foret cum illis, in quorum favorem facta fuit talis renuntiatio, & consequenter tam expeditam libertatem egrediendi non habebet, cui per suum decretum cavere voluit Tridentinum.

Notandum 4. non comprehendendi hoc decreto Concilij, candidatos, & novitos Societatis IESU, qui bonorum suorum renuntiations facere debent, iuxta societatis dictæ constitutiones, quando superior jussit, prout expressis verbis etiam ab hac sua decisione excepta Societatem dictum Tridentinum.

Notandum 5. intelligi quidem in decreto Concilij, nomine renuntiationis, etiam donationes inter vivos, quod etiam haec (sic) irrita, & nulla sint, si tempore non debito, & fine forma prescripta fiunt, quia finis hujus decreti in talibus etiam donationibus locum habet, non tamen prohibetur, & irritari per hoc decretum, eas etiam donationes, quæ fiunt religioni tali, in qua versatur novitus, pro victu & vestitu illius; vel si

Comp. Pirbing.

modica tantum donatio personis etiam laicis fiat, spectando facultates novitij, vel si per modum elemosinæ donetur aliquid monasterio, modò non in notabili quantitate, vel si ex proprijs bonis aliquid, etiam in magna quantitate monasterio v. g. In quo novitus probatur, largiantur parentes, aut consanguinei novitij &c, cum his talibus donationibus, vel nihil, vel parum impediatur libertas novitij ad egrediendum.

Notandum 6. sub nomine renuntiationis in hoc decreto prohibite novitij, & irrita, comprehendendi etiam dationem mutui, si quid scilicet ex bonis novitij tribuatur monasterio, in quo probatur, sub nomine, & titulo mutui (cum tale mutuum vel virtuale donationem contineat, vel saltet difficultem recuperationem) & omnes alias contractus onerosi, non tamen omnes onerosos, cum enim in his contractibus tantum recipiatur, quantum datur, non tamen in illis, consequenter non prohibent libertatem egrediendi contractus onerosi, si cuti prohibent, qui parti, cum qua contrahitur, sunt merè lucrativi.

Notandum 7. in quibusdam religiis usum non esse petendæ ab Episcopo, aut ejus Vicario licentia ad disponendum, consuetudine scilicet contraria præceptis Tridentini decreti, quoad hanc partem, abrogante: neque necessarium esse, ut fiat talis dispositio duobus membris ante professionem, sed satisficeretur decreto Tridentini, si fiat intra duos menses professionem proxime præcedentes.

Notandum denique 8. renuntiacionem talem à novitio semel legitimè, &

Dddd

juxta

juxta prescriptum Tridentini factam irrevocabilem quidem esse, validam tamen non fore, si professio, & quidem valida, non sequatur, & consequenter si moriatur talis novitius ante professionem; vel si professionem quidem faciat, haec tamen ob defectum aliquem invalidabit, vel si facta quidem legitimè renuntiatione, ante professionem tamen ad sacerdotium ex religione egrediatur, nulla erit facta renuntiatio, sed bona taliter renuntiata, vel ad novitium egredientem redibunt, vel ad haeredes ab intestato in casu mortui ante professionem validam novitij pervenient: expresse enim Tridentinum ad validam talem renuntiationem requirit, professionem esse secutam, ut libertati novitij, quam habet ad egrediendum, usque dum fecit professionem, sit semper consultum (neque tamen sua probabilitas illi etiam sententiae negari potest, quæ vult validam fore renuntiationem, si post eam legitime factam, ante professionem talem missam moriatur novitius, cum in tali casu libertati novitij nihil admatur, sed potius animæ illius bono, per piam talem dispositionem factam, consulatur. Quod autem irrevocabilis haec sit (si velit tam hic in religione permanere) ex eo probatur, quod donationes conditionales, qualis haec est, dependens à conditione futura professionis, pendente conditione sint irrevocabiles, ne spes sua alteri admatur, si conditio postmodum impletatur.

•f(0)s•

SECTIO III.

De Professione religiosa

I.

Quid sit Professio religiosa, quod duplex.

R eligiosa Professio generaliter, id est loquendo, rectè dicitur, unus religiosus & sacerdos per quem voluntarie se tradit Deo, in religionem bata, quoad certum modum, & opertum vivendi, & quidem id est de votis pauperitatis, castitatis, fratrensis, idque interveniente humiliacione acceptione, qui dictam missionem nomine Dei acceptat. Si rectè dicitur professio est illa, qua sit dicto modo, pro sa tamen solemnia, omnino separata, irrevocabiliter ex utraque parte: si vero professio duplex esse potest, expedita, qua sit verbo, vel scripto, vel in quo modo, tacita altera, que finitum est, & scriptura, unum aliquo plutes etiam actus, professio prius, exercendo,

S. II.

Qua forma, seu modo Professio pressa fieri posse aut debet.

Fieri eam posse, non tantum vel prout regulariter fit, aut sequitur, sed alijs etiam nubibus & signis crederetur, traditionem personæ proficiente, & cissimum acceptionem religiosus figura